

schon Zollinger in seinem „Syst. Verzeichniss der im indischen Archipel gesammelten Pflanzen II. 141“¹⁾ gethan; doch war mir diess Buch erst ganz vor Kurzem zur Hand gekommen.

Umbelliferae.

59. *Hydrocotyle burmanica* Kurz. — Herba repens glabra, ramis adscendentibus; folia, petiolis longis gracilibus glabris, lato-cordata, 2—2½“ lata, (lobis subacuminatis, crenato-dentatis) membranacea glabra, basi palmato-5-nervia; stipulae lato-rotundatae, scariosae; flores minuti, numerosi pedicellis filiformibus 1½—2“ longis, in umbellas oppositifolias, solitarias, longe pedunculatas glabras collecti; fructus lato-didymi; mericarpia utrinque costa unica prominente percursa. — Martaban, Daunat-toung, 3000' hoch. (Dr. Brandis). (Fortsetzung folgt.)

Circa *Dufourea* animadversio. Scripsit W. Nylander.

In mea Recogn. monogr. Ramalinarum dixi, p. 77: *Dufourea* (Ach.) Nyl. Syn. I. p. 287, vere accedit et textura thallica (strato corticali similiter constructo) et spermogoniis (sterigmatibus spermatiisque subsimilibus) cum *Dactylina* Nyl. ibid., p. 286. Forsan autem cl. Zuckerman modum excedit, ambos pungens sub uno eodemque genere, male rejiciens nomen *Dufourea* typo adscriptum *Dufourea madreporiformis*; nam etiamsi Acharius nominaverit *Parmeliam molluscam* suae Methodi in Lichenographica univ. universali *Dufourea*, hacce specie deinde a cl. De Notaris generi alii, *Combeae*, adducta disjunctaque, nihil obstat, quin *Dufourea* remaneat sensu, quo nomen illud pro *D. madreporiformi* Ach. adhibui et quo sensu limitibus genericis in Synopsi mea datis conservandum sit, saltem usquedum apothecia inveniuntur. Contigit vero, ut hunc Lichenem fertilem (tamquam solum hodie videre licuit e Flora 1870, n. 21, nam antea, ob bella tempore praeterlapso peracta, ephemeris illa me adtingere non potuerat) in alpe Grand-Muveran Helvetiae invenerit cl. J. Müller, qui auctor apothecia describit. Simul animadversiones systematicas vel de momento systematico ejusdem Lichenis saneparum consideratas vel omnino erroneas affert, quod verbis paucis indigitare decet, nam censeo equidem errores esse castigandos.

Apotheciorum similem agnoscit structuram ac praebent apothecia *Everniarum*, at affinitatem cum *Evernieis* accipere non

1) 1854. —: „*Glinus lotoides* Löffl. *z. candida* Fenzl. forma prostrata Zoll. herb. 744; certe *Tryphera prostrata* Bl.!!“

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1871

Band/Volume: [54](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Circa Dufouream animadversio 295](#)